


5.

Proportio ex propor-
tionibus componi dici-
tur, cum proportionum
quantitates inter se mul-
tiplicatae, aliquam effe-
cerint proportionem.



6.

Parallelogrammum secundum aliquam li-
neam applicatum, deficere dicitur paralle-
logrammo, quando non occupat totam li-
neam: Excedere vero, quando occupat ma-
iorem lineam, quam sit ea, secundum quam
applicatur: Ita tamen, ut parallelogrammum
deficiens, aut excedens, eandem habeat alti-
tudinem cum parallelogrammo applicato,
constituatque cum eo totum vnum paralle-
logrammum.

Theorema 1. Pro-
positio 1.

Triangula, & parallelo-
gramma, quorum eadem
fuerit altitudo, ita se ha-
bent inter se, ut bases.



Theorema 2. Propositio 2.

Si ad vnum trianguli latus parallela ducta
fuerit recta quaedam linea.

Hæc proportionaliter secabit ipsius tri-
angu-